

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

Commentarius quomodo adolescens poetas audire debeat

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

PLVTARCH. DE
 PLVTARCHI COMMENTARIVS,
 Quomodo adolescens Poetas audi-
 re debeat.

QUOD Philoxenus poeta dixit, M. Sedate, eas car-
 nes suauissimas esse, quæ carnes non sint, item-
 que pisces, qui pisces non sint: de eo pronunciare
 sinemus istos, quos palato plus sapere, quam cor-
 de, Cato aiebat. De hoc autem nobis constat, adolescentu-
 los magis gaudere, libentiusq; obsequi, ac mansuetiores se
 præbere iis philosophiæ dictis, quæ philosophice & serio di-
 cta non videntur. Non enim Aesopicas tantum fabellas &
 poetica argumenta, sed & Heraclidis Abarin, & Aristonis
 Lyconem, inque his sententias de anima fabulis permixtas
 legentes, quasi cœlesti quodam mentis instinctu non sine
 voluptate excitantur. Quare non id modo curandum est, vt
 circa voluptates quæ ex cibo & potu percipiuntur, mode-
 stiam seruent: sed magis etiam ad hoc sunt adsu faciendi, vt
 in lectiõibus & audicionibus delectatione tanquam ob-
 fusio fruantur, vt iliaq; & salubria ex iis captent. Nam ne-
 que vbi portæ cetera clausæ id præstabit, vt non capiatur,
 si per vnã aliquam hostes recipiantur: neq; adolescentem
 continentia aduersus reliquas voluptates adhibita confer-
 uabit, sicubi imprudens per auditum se illis capiendum de-
 derit. quinimo auditus, quo mentem ac rationem propius
 attingit, eo plus damni ac corruptelæ affert ea per negligẽ-
 tiam admissa illecebra. Quoniam itaq; neq; fortassis licet,
 neq; etiam expedit à poematib. arceri eo natu adolescentẽ,
 quo Soclarus meus est, & tuus Cleander: per accurate nobis
 obseruandi sunt, quippe in legendo magis quam in ambu-
 lando ductoris egent. Proinde quem nuper de poetis ser-
 monem habui, eum mihi subiit in præsentia, conscriptum
 ad te mittere, quem vbi perlegeris, siquidem tibi videbitur
 non minorem vim iis habere amuletis, quæ nonnulli ad cõ-
 uiui ebrietatis arcendæ caus. appensa gestant, aut iis intra
 corpus ante sumtis accedunt: Cleandro imperti, iisq; inge-
 nium ipsius, quod ob vigorem & alacritatem acumenq; fa-
 cile istis perducatur illecebris, præmuni.

Polypodis capiti perhibent bonum inesse, malumque.

nam

nam suaviſſimum eſu cum ſit, difficilem ſomnum facere, ac turbulenta & abſurda viſa excitare creditur. Eodem ſane modo poeſis quoq; multa iucunda & adoleſcentis animo pabuli inſtar conducentia in ſe habet : non pauciora vero quæ conturbent eum, & de ſanitate mentis dimoveant, vbi lectioni recta inſtitutio deſuerit. Neque enim de Aegypto tantum, ſed de poetica etiam licet dicere,

*Illam noxia multa, & multa ſalubria ferre
Cultori medicamenta.--- Etenim*

Odyſ. d,

10 *Hic amor, hic deſiderium latet, hic quoq; blandum.*

230.

Alloquium, quemuis ſapientem fallere callens.

Iliad. ε,

216.

Quiſſe illecebræ eius fatuos plane & ſtupidos non attingunt, quare Simonides quoq; interrogatus, cur ſolos Thelalalos non deciperet: rudiores eſſe reſpondit, quam qui ab ipſo decipi poſſent. Et Gorgias tragædiam dixit eſſe impoſturam: quam & qui adhiberet, non adhibente iuſtior, & qui paſſus eſſet, non paſſo eſſet ſapientior. Vtrū igitur adoleſcentes inſtar Ithacenſium, aures eorum cera ſolida obthurantes, cogemus lintre Epicuri poeſin præteruehi atq; fugere? an vero recta potius quadam ratione iudicium circumdantes atque vincientes ita dirigemus, ne delectatione ad noxia deferantur?

Nam neque atrox, natus genitore Dryante, Lycurgus *Iliad. ζ,*

130.

ſana eſt uſus mente, quod multis vino captis, ac per temulentiam peccantibus, vites paſſim excidit : cum debuiffet potius fontes propius adducere, inſanūq; (vt ait Plato) deū alio ſobrio repreſſum caſtigare. (nam id quod noxium eſt, de vino aufert aqua admixta, vt ſili relictō) Neque nos ſane poeticam Muſarum partem excindamus aut aboleamus. ſed vbi præ nimia voluptate fabuloſæ eius & theatrales partes contumaciter ſe iactant & efferunt, nimiaq; libidine inſaniunt: ibi manus iniicientes, reprimamus eam. Vbi vero enudita venuſtas & ſuauiſ atq; alliciens animum oratio vana fruſtra ſve expers non eſt, ibi philoſophiã introducamus atq; admifceamus. Quemadmodum enim mandragora iuxta vites naſcens, ſuamq; in vinum vim diffundens, efficit vt ſuauius dormiant, qui id biberunt: ſic poeſis è philoſophia doctrinam deſumens, eamq; fabulis permifcens, facilem eius & gratam adoleſcentibus perceptionem præbet. Non ergo fugienda ſunt poemata philoſophatū: ſed adhiben-

da poematib. philosophica consideratio, adsuascendumq; ut in eo quod delectat utilitatem quæras, & eam amplectaris: sin vero, repugnandū ei est, & succendendum. hoc enim eruditionis principium est. Atqui secundum Sophoclem,

*Quacunq; rem ratione recte ceperis,
Bonum illius recte sperabis exitum.*

I. Præceptū. Prænosse iubet, multa esse apud poetas ficta, idque bifariam.

Primum ergo introducemus in poemata hominem, cui nihil ita meditarum in promptuque sit, atque illud,

---per multa canunt mendacia Sates:

id quod partim coacti, partim sponte faciunt. Sponte, quia in ad delectationem auditionis, & gratiam quam plurimi captant, ob austeritatem suam veritas mendacio minus iis esse commoda videtur. Quod enim re vera fit, id tamen exitum habet tristem, non mutatur. Quod autem commentū est, id facillime cedit, & de tristi in iucundum mutatur. Nā neque numeri, neque verborum immutationes, neq; dictionis maiestas, neq; translationis opportunitas, neque concinnitas & compositio tantum habet blanditiæ atq; gratiæ quantum fabulæ aptæ cōnexa dispositio. Enimvero sicut in picturis color plus afficit quam lineæ, propter similitudinem corporis, & fallendi aptitudinem: ita in poematib. mendacium probabilitate temperatum magis percellit & gratius est apparatu carminis & dictionis fabula & figmēto carentis. Itaque Socrates quibusdam somniis ad scribendū carmen compulsus, cum ipse, ut qui per omnem vitam pro veritate decertasset, facultate probabilia mendacia fabricandi destitueretur, Aesopi fabellas argumentum sibi delegit: poësin non putans eam à qua abesset mendacium. Etenim sacrificia quædam nouimus choris & tibiis carentia: poësin fabularum & figmentorum expertem nō nouimus. nam Empedoclis & Parmenidis versus, Theriaca Nicædri, ac sententiæ Theognidis, orationes sunt, ut pedestris in celsus humilitatem effugerent, granditatem & mensuram à poetica pro vehiculo mutuata. Proinde vbi absurdum aliquid aut durum in poematibus dicitur ab aliquo præstanti viro de diis, dæmonibus, aut virtute: is qui eum ut verū amplectitur sermonem, in errorem incidit, falsaque opinione animum corrumpit. At qui nunquam immemor est poetarum in mentiando præstigiarum, idque perspicue semper tenens, identidem poësin sic compellare nouit:

O machi-

O machinatrix lynce Versipellior.

*Quid ludis, & supercilium quid contrahis,
Fraudemq; texens, te simulas Verum loqui?*

is, inquam, mali nihil feret, neque quicquam absurdi crederet. Nimirum is se reuocabit à metu, sicubi timebit ne Neptunus terram eruat, & inferos detegat : aut vbi subierit ei Apollini irasci ob Achiuorum principem,

*Ipsius suauis quem celebrans in conuiuio,
Hac fatuus ipseus, ipseus & serbo dedit.*

10 *Quin & extincti iam Achillis, ac Agamemnonis lacrymas compescet, cupiditate viuendi manus viribus cassas intendentium. Quod sicubi à perturbationibus superatus, victusque veneficio erit, nulla interposita mora ita seipsum alloquetur:*

15 *Affecta reditum, superas repete impiger auras Odyss. λ,
Quamprimum, tum qua sunt hic tibi Visa sub Umbris, 222.
Vxori quondam care narranda memento.*

venuste enim hoc in suā Necyiam dixit Homerus, quod ea

20 *auditio propter fabulas est mulierib. cōgruens. Ac talia quidem sunt quæ poetæ sua sponte fingunt. Plura sunt, quæ nō fingentes, sed ira esse opinantes, falsitatem eā nobis pigmetis fucatam offerunt. vt, cum de Ioue Homerus dixerit,*

*Iuppiter ipse duas aequato examine lances Iliad. γ,
Sustinet, & fata imponit diuersæ duorum, 209.*

25 *Pelida huc magni, pugnacis at Hectoris illi.*

*Dardanida fatum leibali pondere lancem
Impulit ad manes Vergens. tunc Hectora Phæbus
Deferunt: --- totam tragœdiam huic fabulæ*

aptauit Aeschylus, titulo Psychostasiæ. assistere enim facit

30 *lancibus Iouis, alteri Thetidem, alteri Auroram, deprecantes pro filiis suis Achille & Memnone manum conferentib. Nemo non videt, fabulam esse hanc delectandi aut perterrendi auditoris causa confictam. Hæc autem,*

Iuppiter humana dispensans prælia genis. &,

35 *Num causam Iuppiter præbet mortalibus, Iliad. δ,
Cum familiam statuit euertere funditus. 84.*

hæc iam ex ipsorum sunt dicta opinione, falsam de diis sententiam, & ignorationem suam nobis tradentium. Iam illæ apud inferos portætorum sictiones & dispositiones, quæ terribilibus nominibus spectra fabricantur ardentium

Aluminum, locorum horribilium, ac terribilium suppliciorum: fere ab omnibus deprehenduntur esse fabulosa admodum, & in quibus tanquam in alimentis venenum, ita mendacium sit admixtum: nemoque pœne nescit, neque Homerum, neque Pindarum, neque Sophoclem, pro certo habuisse id quod scribebant:

Vbi immensas rulant tenebras

Validi Smbrosa noctis fluy.

Odyss. ω, 11 Item: *Oceani fluctus legere, & Lencada petram.* Item,

Vbi astus gurguis, inferorum angustia q̄. 14)

Tamen quotquot mortem veluti miserabilem, & sepultura priuationem tanquam miseram rem deplorantes, huiusmodi verba extulerunt:

Odyss. λ,

72.

Iliad. χ,

362. & a-

libi.

Non inhumatum oro tu me, in sletumq̄, relinquo. Itē,

Tunc anima ad manes de membris mœsta solauit, 15

Interitumq̄, suam lugens, & robur, & annos. Item,

Non me prius quam fert atas interfice:

Nam dulce lucem est cernere. noli cogere,

Vt abditā infra terram conspiciam miser:

hæ, inquam, voces sunt ita sentientium, & errore captorū. 20
quo magis nos attingunt, & perturbatione ista atq; imbecillitate exagitaros angūt, à qua proficiscuntur. Aduersum hæc ergo rursus promte id aures nostras personet, pœsi non admodum curæ esse veritatem: quod autem verum sit de his reb. id ne ab iis quidem, qui in aliam nullam quam huius ipsius rei discendæ cognoscendæq; curam incubuerint, omnino percipi aut inuestigari potuisse: quod quidem ipsi etiã fateantur. Atque hic ad manum sunt Empedoclea hæc:

Non oculis possunt homines, non auribus ista,

Non comprandere mente.--- 30

Et illa Xenophanis.

De superis, sed & his qua cœpi dicere cunctis,

Nullus homo fuit, aut qui possit certa docere,

Exsistet.--- sed & Socratis verba apud Plato-

nem, eiorantis istarum rerum noticiam. Minus enim pœsi 35

tanquam istorum aliquid scientibus animum aduertēt,

II. Poetica qui videbunt de iis rebus philosophis quoque pronuncia-

in imitati turis veluti vertiginem quandam obortam. Magis quoque

one consi- adhuc cautū eum reddemus, si simul atq; eum ad poemata

stet. applicamus, ipsam poeticam ei describamus: artem nimirum

rum

rum eam esse imitatricem, pingendique arti quasi ex altera parte respondentem. Neque id modo auditum habeat omnium sermone tritum, quo loquentis picturæ nomine poetis, pictura tacentis poetis afficitur: sed præterea quoque eum doceamus, quod picta lacertam, aut simiam, aut Therisitæ faciem videntes delectamur, miramurque; non pulcritudinis, sed similitudinis causa. Suate enim natura fieri id quod turpe est, pulcrum non potest: imitatio, siue pulcræ siue turpis rei similitudinem exprimat, laudatur: eademque rursus, si pulcræ turpis corporis imaginem effingat, decorum non seruaerit. Pingunt etiam quidam actiones absurdas, ut Timomachus Medeam liberos necantem, & Orestæ matri necem inferentem Theo, Parrhasiusque Vlyssis simulatam insaniam, & Chærephanes mulierum cum viris impudicam consuetudinem. In his adolescens maxime est ad iufaciendus, ut discat rem quæ imitatione est expressa, non laudari: sed artem, quæ id quod propositum erat, recte representauerit. Quando igitur poetica etiam ars sæpenu-
 10
 15
 20
 25
 30
 35
 40
 45
 50
 55
 60
 65
 70
 75
 80
 85
 90
 95
 100
 105
 110
 115
 120
 125
 130
 135
 140
 145
 150
 155
 160
 165
 170
 175
 180
 185
 190
 195
 200
 205
 210
 215
 220
 225
 230
 235
 240
 245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280
 285
 290
 295
 300
 305
 310
 315
 320
 325
 330
 335
 340
 345
 350
 355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495
 500
 505
 510
 515
 520
 525
 530
 535
 540
 545
 550
 555
 560
 565
 570
 575
 580
 585
 590
 595
 600
 605
 610
 615
 620
 625
 630
 635
 640
 645
 650
 655
 660
 665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 710
 715
 720
 725
 730
 735
 740
 745
 750
 755
 760
 765
 770
 775
 780
 785
 790
 795
 800
 805
 810
 815
 820
 825
 830
 835
 840
 845
 850
 855
 860
 865
 870
 875
 880
 885
 890
 895
 900
 905
 910
 915
 920
 925
 930
 935
 940
 945
 950
 955
 960
 965
 970
 975
 980
 985
 990
 995

*Nam si Violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est. --- &
Existimationem iusti fac paret,
Sed lucri causa quidvis interim face. &
Quod ni precario talentum cepero. &
Vnam talento neglecto, & gratus sopor
Obreper: atq; flagitij, hoc argentum
Propter talentum quod patraui, non quidem
Apud inferos penas luam:*

hæ quidem improbae sunt, & falsæ orationes: sed quales
Eteoclem, Ixionem, senem forneratorem deceant. Ergo si a-
dolefcentulos moneamus, hæc eos non vt quæ laudi veritã
atq; probent, sed ita scribere vt absurda ac mala, ideoq; mo-
ribus & personis improbis attributa: nunquam ij opinio-
ne de poetis concepta decipientur. Quinimo de loquentis
persona suspicio in sinuata, & factum & orationem suspectã
reddet, vt mala, & à malis profecta. Tale est, quod Hom-
erus Paridem è prælio profugum, cum Helena concumbere
facit. Nam cum neminem alium interdiu cum vxore rem
habere commemoret, extra intemperantem hunc & adul-
terij: satis euidenter docet, se hoc de eo opprobrij & repre-
hensionis causa referre. Quo in genere magnopere aduer-
tendus est animus, sicubi poeta ipse contra ea quæ dicen-
tur, iudicium suæ probationis edit. quod in prologo
Thaidis suæ Menander fecit:

Fin. Iliad.

*III. Ipsi
poetae de di-
ctis iudi-
cium sibi
ferunt.*

*Ergo mihi talem velim dea tu canas,
Audacia & forma simul & facundia
Quæ prædita, exerceat iniurijs suos
Procos, domo excludat, crebroq; postulet
Munera, simulans amare semper, nullum amet.*

Optime omnium Homerus hoc est vsus genere, male di-
ctis reprehensionem, bene dictis commendationem præ-
mittens. Hæc ira:

*Odyss. 2.
148.*

Iliad. B. 189

*Mox ille hæc blanda est asturè verba locutus. Item,
Hunc ille assistens pulcro sermone tenebat.*

Illud verò agens, tantum non protestatur ea se non dicere
aut probare, quippe inepta & praua. Exempli gratia: narra-
turus quomodo sacerdotem Agamemnonem inhumaniter
tractauerit, hæc præmisit:

Iliad. a. 24

Non hæc Atreides Agamemnon dicta probauit,

Sed

Sed male reiecit,--- id est, laudè & superbè, ac præter decorum. Achilli etiam ferocem hanc tribuens orationem,

Ebrie, cui cervi est pectus, Sultusq; caninus:

Ibid. 223.

§ suum de ea iudicium addit,

Rursum Pelides pravis Agamemnona regem

Imperijt Verbis, neq; adhuc dimiserat iram.

consentaneum quippe est, nihil per iram & vehementiam recte dici. Sic & de factis:

10 *Sic fatus facinus concepit in Hectora diuum*

Iliad. 4. 24

Immane: extendens quem pronũ ad strata Patrocli, &c.

Præclare etiam in fine dictum quoddam, quasi calculum dictis factisve adiungit. Quale est, cum deos facit de adulterio Martis ac Venetis dicentes:

15 *Succesſu mala facta carent: celerem quoq; tardus*

Odyſſ. 9.

Aſſequitur fontem Sindex.---

329.

& de Hectoris superbia atq; iactantia:

Talia iactanti Inno succensuit alma.

Iliad. 9. 198.

& de Pandari sagittatione:

20 *Hoc animum ſtulti Pallas ſermone feſellit.*

Iliad. 8. 104

Huiusmodi effara & sententias quiuis sane reprehenderit, modo animum animaduertat. Alia in ipsis rebus documenta exhibent: quemadmodum Euripides fertur Ixionem vt impium flagitiosumq; conuiciantibus dixisse: enimvero

25 non antè eum è scena eduxi, quam rotæ affigerem. Apud Homerum id mutum doctrinæ genus extat, considerationem habens vtilem iis in fabulis etiã, quæ maxime vituperantur. Quas allegoriis (ita enim nunc vocant, cū aliud dicitur, intelligitur aliud: antiqui hyponœam, ab occulto q

30 subesse) sensu nominabant) nonnulli aliò detorquentes ac peruertentes, iudiciũ de Venere à Marte adulterata Solem deruisse aiunt hoc sensu, quod Veneris sideri sidus Martis congressum adulterio obnoxias natiuitates reddat: Sole autem rursus elato & deprehendente ea, non lateant. Ita

Iliad. 8. 170.

35 quod se Inno ornauit Iouem aggressura, & veneficium cessi, volunt esse acris quandam purgationem, ad igneam accedentis naturam. Quasi verò non ipse interpretationem poeta addiderit. Nam in Veneris fabula, eos qui animũ aduertũr, docet, Musicã prauã & cãtilenas malas, sermonesq;

vitam

vitam effeminatam, & viros luxum, molliciem, consuetudinemq; mulierum amantes, ac

Odyss. 9.

249.

Ibidē 492.

Mutatas in idem Vestes, calida atq; lauacra,

Et thalamos. --- Idcirco Vlysem etiam facit citharædo præcipientem,

Hinc age digressus, potius qua machina cepit

Vrbem Dardanidum, cantæ. ---

pulcre docens, musicę & poeticę argumenta à prudentibus esse & cordatis petenda. In Iunonis fabula optime demonstrauit consuetudinem mulierum cum viris, gratiamq; quã 10 ea beneficio & præstigiis ac dolo sibi conciliant, non modò in diem durare, ac fastidiosam esse, & instabilem: sed in odium præterea inimicitiamq; mutari, postquam voluptas euauit. Sic enim ei Iupiter in hanc sententiam minatur:

Iliad. 9. 32.

Vt Videas, inuuet An Venus hac te, concubitusq;

Quo mihi clam superis fraudem commixta struebas.

Nimirum effictio & imitatio facinorum malorum, vbi simul dedecus atq; damnum inde autores consecutum proponitur, non incommodum, sed vtilitatem adfert auditori. Philosophi quidem exemplis vtuntur, eaq; ad cohortandũ 20 & instituendum sumunt, quæ ad manum sunt: at poetæ idem hoc agunt, exempla ipsi fingentes, ac fabulas proponentes. Sane Melanthius, siue serio id, siue ioco, Atheniensium ciuitatem conseruatam fuisse dixit oratorum dissidiis atq; turbis: ita enim non in vnum vniuersos parietem in- 25 clinasse, sed eorum qui rempublicam tractabant in dissidio quippiam fuisse, quod recelleret à damnosa parte vrbem. Poetarum quoq; contradictiones, quibus fidem dictorum dubiam faciant, non sinunt ea ad nocendum satis momenti habere. Vbi ergo iuxta se posita contraria dicta apud illos 30 euidenter sunt, meliori parti ad stipulandum est, vt in his:

Multiis homines in rebus decipiunt dij,

Mea proles, atq; dura conciliant mala.

FIL. Dixit id, nihil quo facilius dictu est, deos

Incusans. --- Item,

Non copia auri te gaudere hac addeceit?

R. Ditem esse, nilq; scire præterea, malum est.

Item:

Quid ergo? mortem te numnam oppetere expedit?

R. It a: nam præ colere deos, non est labor.

Hæc

Hæc & horum similia dubij solutionem habent promta: siquidem, ut dictum est, iudicium adolescentulorū ad meliora dirigimus. Quod si qua absurde dicta sunt, neque statim soluta: ea refutanda sunt iis quæ in contrariam partem ab eodem alibi dicta sunt. neque succensendum poetæ, aut moleste is ferendus, sed ea improbanda quæ vulgato more & per iocum dicta sunt. Statim aduersus ea quæ apud Homerum exposita sunt, deos alium ab alio deiectum, & fauenciatos ab hominibus fuisse, inter se discordias & odia exer-

10 cuisse, ita ei occines:

*Rectius hoc aliquid poteris sermone poeta
Sentire, & multo melioribus edere verbis.*

Ilia. n. 358.

ac sentis profecto melius, & loqueris alibi rectius hæc ipsa:

*Dij facilem vitam ducentes. --- &
Hic sese oblectant superi sine fine beati. &
Hunc superi statuerunt modum maiore carentes,
Viuendi miseris mortalibus. ---*

Odyss. 8.

805.

Odyss. 7. 46

Ilia. o. 525

Hæc enim sanæ sunt & veræ de diis opiniones: ista ad animos hominum percellendos conficta. Rursum Euripide

20 dicente,

*Multis dij formis homines sophismatum,
Quod his potentia præstant, in fraudem agunt.
inferre expedit, quod rectius idem dixit,
Si turpe dij faciant aliquid, non sunt dij.*

25 Et cum Pindarus acerbe admodum, & ad iritandum accommodatè dixerit:

*Verum est, cuncta delendi hostis gratia agere:
ipsum verbis ei respondebimus, quod dicit,
Fine voluptas acerbissimo intus clauditur.*

30 Ac Sophocle dicente,

*Suaue est lucrum, profectum etiam à mendacio:
respondebimus, At verò te ipsum audiimus dicere,
Mendacibus verbis fructum haud succedere.*

Et ad ea quæ de opibus protulit,

35 *Omnia diuitijs, quamuis inuisa, peruisa. &
Voti sui pauper neq; compos maxime
Cum sit, poritur. ---*

*Nam turpe corpus, & nullius nominis
Visu pulcrum facundia reddit, & elegans:*

his multa opponet lector Sophoclea: de quib. & hæc sunt:

In ho-

*In honore pauper etiam quin sit, nil setat. &
 Deterior haud est pauper, quicquam si sapit. Atq;
 Nam qua bonorum sit multorum grata?
 Auctor malorum prosperas quando fouet
 Diuitias cura.----*

Menander quidem extulit aperte voluptatis studium, animosq; vanitate impleuit, amatoriam ista & feruida cantans:

*Quocunq; viuunt atq; nobiscum subar
 Solis vident, voluptati omnia serusunt.*

At idem nos rursus circumegit, & ad honestatem retraxit, luxuriæq; ferocitatem repressit, ita fatus:

*Vicunq; sit iucunda, si turpis set,
 Opprobrium est graue vita.----*

hæc prioribus aduersantur, meliora sunt autem & vtiliora. Ergo alterum horum necesse est ista contrariorum dictorum iuxta se collocatio & consideratio efficiat: aut ad meliorem partem traducet, aut fidem quoq; deteriori derogabit. Sin eueniat, vt ipsi eorum quæ absurde dicta sunt refutationem non præbeant: nihil obstat, quin aliorum probatorum auctorum contraria dicta velut in trutina cum his comparantes, quid rectius sit experiamur. Veluti cum Alexis aliquos mouer his verbis:

*Sapientis est voluptates seſeruer.
 Tres inter has potentia sunt pradita,
 Vere vtilis quæ sit vita mortalium:
 Edere, bibere, veneriſq; muneribus frui.
 Acceſſionis omnia reliqua sunt loco.*

tenendum hoc est, Socratem contra dixisse, Malos viuere edendi & bibendi causa, bonos vitæ gratia tolerandæ edere & bibere. Aduersus eum qui scripsit, Contra malum esse maliciam non inutile armorum genus: cum is iubeat nos quodammodo adſimilari malis: Diogenis illud obiciendum est, qui interrogatus, qua quis ratione vlciſci inimicū posset, respondit, Si ipse quam optimus fiat. Eodem Diogene etiam contra Sophoclem vtendum, qui multa hominum millia animi ægritudine afflixit, de mysteriis hæc scribens:

*His qui sacris vſiſt abeunt ad inferos
 Homines, beati sunt, solis quia vſinere
 Contingit illic vſiſt, turba cætera*

Omniū

V. Dicta
 fide digno-
 rum homi-
 num, poe-
 ricis oppo-
 nenda.

Omnium malorum generi incidit.---

At verò Diogenes cū tale aliquid inaudiuisset, Quid ais, inquit? nūmnam melior cōditio erit Paræcionis furis, eo q̄ sacris est initiatus, quam Epaminōndæ? Timotheo sane in theatro Dianam canenti, insanam, furiosam, diuino instinctu concitam, rabiosam: Cinefias statim occinit, Tali tibi contingat filia. Elegans & illud Bionis ad Theoguidem. cū enim Theognis diceret:

Paupertate eienim deuicta lingua ligata est,

Vi facere aut fari tam nihil ille queat.

10 Bion contra: Quomodo, ait, ergo tu pauper cū sis, tam multa nugando & garrindo nos obtundis? Neq; verò ea quæ ad corrigendam dictum præbentur ex adiectis & vnâ pronuntiatis verbis occasiones sunt præmittendæ. Sed quædammodum medici pedes ac alas cantharidis, cum quidem ipsa sit mortifera, prodesse, & dissoluendi vim habere putant: sic in poematis quoque si quod est nomen aut verbum adpositum, quod efficiat quò minus ad deteriolem sententiam abducamur, arripiendum est, adque explicationem adhibendum. Sicut quidam in his Homericis versibus faciunt:

Scilicet hoc miseris mortalibus extat honoris,

Vi lacrymis mala sęq; rigent, ponantq; capillos. &

Hunc superi statuere modum mæuore carentes

Viuendi miseris mortalibus.---

Ody. J. d.

197.

Ilia. o. 525

25 Non enim simpliciter omnibus hominibus miseram vitam a diis fatali necessitate destinata dicit, sed stultis ac imprudentibus: quos, prauitatis suæ causa miserabiles cum sint, miseros solet appellare, & ærumnosos. Alius porò 30 modus est, quo quæ in poematis suspecta sunt, in meliorem partem vertuntur, qui ex vsu vocabulorum pendet: in quo magis decet exerceri adolescentem, quam in iis quæ gloriæ dicuntur. Nam neque inelegans quidem est, & eruditū, scire verbo *πίναδα* malam mortē adferens significari: 35 quia Macedones *δαυόν* mortem nominant. Sic Æoles victoriam *χαμνοίνυ*, permanendo nimirū & tolerando paratam. Et *πρόπας* Dryopes, quos alij dæmonas. At verò illud necessarium iuxta atque vtile, si non damnum volumus, sed utilitatem ex poematibus percipere, vt cognitum habea-

VII. 2^{tes}
Vocabulo-
rum.

habeamus, quomodo deorum nominibus poetæ vtantur, itemq; bonorum & malorum:& quid animæ aut fari vocabulo intelligi velint: vtrum scilicet hæc apud eos vno tantum modo, an verò pluribus sumantur, cuius generis sunt

Odyf. ε. 42 multa alia. Nam οἶκος aliquando significat domum, vt 5
Odyf. δ. 318. οἶκον ἐς ὑψέροσφον, — aliquando rem familiarem, ἐδίε-
 Ιά μοι οἶκος. Et βίος alias vitam,

Iliad. v. 562 — ἀμενύωσεν ὃ οἱ ἀίχμῳ
Odyf. v. 419. κωανοχαῖτα Ποσειδάων εἰότοιο μεθύσας. aliàs facultates, — βίον ὃ οἱ ἄλλοι ἐδυσιν. Et ἀλύειν est vbi pro morderi, & animo æstare sumitur:

Iliad. ε. 352 Ως ἐφραθ', ἠδ' ἀλύσθ' ἀπεβήσατο, τείρετο δ' αἰνῶς.
 alio loco pro gestire, & læticia exultare: vt hic, 15
 ἠ' ἀλύεις ὅπ' ἱρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην.

Odyf. σ. 332. Εὐδοάζειν vel moueri significat, vt apud Euripidem,
 Κῆτος εὐδοζέει Ἐπιδαντικῆς ἀλός:

Initio Oe. dypri: yran ni. velsedere, id est, θαλάσσειν: vt cum Sophocles scribit, 20
 Τίνας πῶθ' ἔδρας τάς δε μοι εὐδοζέει.
 Scitum est etiam, vsum vocabulorum rebus subiectis aptare, quemadmodum Grammatici docent, alibi aliud significantium. Quale est,

Hesiod. O-peribus. Νῆ' ὀλίγῳ αἰνεῖν, μεγάλη δ' ἐνὶ φροσίᾳ θεᾶς. 25
 αἰνεῖν enim hic ἐπαινεῖν significat, id est, laudare: laudare autem pro recusare ponitur hoc loco. sicut vsitatum nobis est dicere, Bene habet, & Valeat, cum aliquid nolumus, & non accipimus. Atque sic quidam aiunt Proserpinam vocari 30
 ἐπεινήν, quasi aspernandam. Hanc ergo vocum distinctionem maioribus in rebus & magis seriis obseruantes, à diis incipiemus docere adolescentulos, quod deorum nominibus poetæ vtantur aliquando cum de ipsis iis intelligi volunt: aliquando commune vocabulum facultatibus iis 35
 tribuentes, quæ ab iis proficiscuntur. In promptu est Archilochi exemplum, à quo satis liquet ipsum Deum inuocari his versibus:

*Tu mea propicius vota ò rex Mulciber audi.
 Adesq; supplici, & largire qua soles.*

Cùm

Cum autem fororis maritum qui in mari perierat, neq; legitimum sepulturam consecutus erat, deplorans, æquior ait animo se eam calamitatem laturum fuisse,

*Si caput illius pulcræq; membra simul,
Vulcanus puris tunicis & elata cremasset:*

de igne non de deo hæc loquitur. Rursum Euripides his verbis in iuramento vtens.

Non per Iouis Martisq; cruenti sidera:

ipfos deos nominavit. Sophocle autem dicente,

*Cæcus Gradivus, & Iusq; expers luminum,
Confundit omnia, aper & elut mala, impetu:*

intelligendum est nomine Martis bellum. Eodemque æs in illis Homeri:

Quorum nunc atrum tua propter Xante cruorem

Iliad. n.

Flumina Mars diffudit acutus.---

329.

Cum verò talia multa dicantur, sciendum est, memoriaq; tenendum, ipso etiã Iouis nomine aliquãdo ipsum Deum, nonnunquam fortunam, sæpe etiam fatũ nuncupari. Cum enim dicunt,

Iuppiter, à celsa genitor qui consulis Ida. &

Iliad. γ.

Te quis sapienterem se Iuppiter putet?

276.

ipsum Iouem dicunt. Cum verò in causis euentorum Iouem nominant, & dicunt:

Ille animas & validas multas detruxit ad Orcum. &

Iliad. α.

Consilij Iouis hic fuit exitus:---

princip.

fatum intelligunt. Non enim putat deum poeta hominibus mala struere: sed rerum necessitudinem rectè indicat, quòd scilicet fato prosperitas & de hostibus victoria destinata sit ciuitatibus, exercitibus & ducibus modestiam seruantibus: sin verò affectibus obsequuti peccent, (sicut isti secum dissident & tumultuantur) indecorè agere, perturbari, & infortunium habere eodem fato eos cogi:

Fatale namq; consilia est propter mala

Mortalibus tristes rependier exitus.

35 Hesiodus verò vbi Prometheus inducit fratri Epimetho *ἔπιμηθεος*

suadentẽ, ne à Ioue vlla dona accipiat, sed ea aliò dimittat: Iouis nomen de potentia fortunæ vsurpauit. Bonis enim fortunæ tribuit appellationem donorum Iouis, opibus, coniugiis, imperiis, & omnibus in vniuersum externis bonis, quorum possessio inutilis est rectè vti iis nescienti.

c

Itaque

Itaque etiam Epimetheum, hominem vitiosum & fatuum, cauere sibi iubet, & metuere à rebus secundis, damno nimirum ei & exitio futuris. Iterum ubi ait:

Lib. 2.

Nunquam pauperiem diram, exitiumq; animai

Exprobrare ausis homini. namq; illa deorum

Est munus: --- diuinitus datum vocat, id, quod

fortuna obtigit: innuens, non esse eos culpandos, qui fortunæ iniuria pauperes sunt: cum ignauia potius, socordia, mollicie & luxu coniunctas diuitias in turpibus & vituperatione dignis habendas. Cùm enim fortunæ nomen non-
10 dum vsurparetur, scirent autem illi, vim eius quæ nullo ordine nullisq; finibus contenta vagatur causæ validam esse, humanóq; consilio euitari non posse, deorum nominibus eam extulerunt. quomodo nos etiam res, mores, ac orationes aded homines quæ solemus diuinos appellare. Hac ra-
15 tione corrigi debent multa ista, quæ absurde dicta de loue videntur, vt hoc:

Iliad. 9.

327.

Iliad. 11,

69.

Odyf. 9. 81.

Dolia namq; Ionis duo sunt sita limine in ipso:

Hoc aduersa, illud sed prospera fata replerunt. Item,

Namq; fidem Iupiter sacramenti ipse fefellit,

Exitum parti monstrans se voluere viriq;.

Hoc tunc exitij Teucris fuit atq; Pelasgis

Principium, magno sic hac statuente Tonante.

hæc, inquam, de fortuna & fato interpretabimur, quas causas, neque ratiocinando possumus assequi, neque omni-
25 no in nostra sunt potestate. Vbi verò consentaneum, deorum & probabile est, ibi propriè poni nomen Dei iudicabimus. vt,

Iliad. 1.

342.

Priamides acies aliorum Victor obibat,

At acem tantum vitans Telamone creatum.

Succensebat enim meliori conferere auso

Iupiter ipse manum. --- &

Nam tales res curat Iupiter mortalium,

Alijs minuta demonibus tractanda dans.

Magnopere etiam alia sunt animaduertèda vocabula, mul-
35 tas ad res accommodata, & variè vsurpata à poetis. Quo ex genere est virtutis nomen. Quia enim non prudètes modò, iustosq; & bonos virtus præstat in verbis & factis, sed estimacionem etiam fere & potentiã conciliat: idcirco & bonam famam ij, & potentiam virtutis nomine afficiūt. quomodo

Virtus.

AV...
modo...
hæc...
ma...
16...
nem...
mus...
19...
19...
20...
21...
aliquando...
21...
Quomodo...
apud...
fatum...
30...
tis...
cum...
famam...
rus...
31...
En...
Zeripides...

modo castanæ fructum castancam, & nucis nucem, com-
municato nomine dicimus. Noster proinde adolescentu-
lus, ubi apud poetas legerit,

Numina virtus sudorem proposituerunt. & Hefio. O-
Ruperunt Danas iam tum virtute phalangem. Item, peribus.
Quod si fata iubent nunc vitam claudere morte, Iliad. λ
Mors est pulchra quidem hæc, virtuti immergere vitam. 90.

hæc legens, statim cogitet dici hæc de præstantissimo &
maximè omnium nostrorum diuino habitu, quem ra-
tionis rectitudinem, & naturæ ratione præditæ perfectio-
nem, animiq; consentientem secum affectionem intelligen-
mus. Rursum hæc legens,

Virtutem Iupiter mortalibus addit & aufert. & Iliad. υ,
... diuitias virtus & fama sequuntur: 242.

non desideat diuites cum stupore admirans atque suspi-
ciens, quasi verò ij pecunia emere virtutem possint, aut suæ
prudentiæ incrementū decrementūve in fortunæ sit po-
testate. Verum hoc iudicet, virtutis voce pro gloriæ, poten-
tiæ, secundarū rerum, aut similis alicuius rei nota poetam

ysum fuisse. Nam κακότης & etiam verbo aliquando mali-
ciam & prauitatem animæ designant, vt Hesiodi:

πῶ μὲ γὰρ κακότητι καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἐλέσθαι.

aliquando calamitatem & miseriam, vt apud Home-
rum,

Αἴψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγυράσκεισιν. Odyss. τ. 360.

Quomodo is quoque falleretur, qui felicitatem eo modo
apud poetas accipi putaret, quo philosophis significat per-
fectum bonorum omnium habitum, seu possessionem &
perfectiōnem vitæ secundū naturam prospero cursu eun-
tis: non sentiens abuti eos sæpè nomine, & qui diues sit,
cum felicem ab iis appellari, aut beatum, potentiamque &
famam bonam felicitatis vocabulo insigniri. Nam Home-
rus quidem rectè vitur appellationibus istis:

Non equidem gaudens ego possideo bona tanta. Odyss. ε. 93.
Et Menander:

*Ampla facultates mihi sunt, & ab omnibus
Dives vocor: nemo beatum me vocat.*

Euripides multum confusionis & turbarum infert, hæc
scribens:

Medea.

*Non sit mihi Vita beata, qua molesta sit. &
Tyrannidem tanti quid iniustam facis
Beattatam? ---*

VIII. Vi-
ria Viriu-
tibus ad-
mixta.

abufum vocū spectes. Ac de his quidē satis. Hoc nō semel, sed sæpenuerò monendi sunt adolescentes, poësin, cum argumentum ei sit ad imitandum propositum, adhibere quidem eam ornatum & splendorem rebus moribusque quæ pro argumento sumpsit, illustrandis: interim tamen veritatis similitudinē non dimittere, quippe quæ in imitatione id habet quo lectorem delectet atque ducat. Itaque imitatio quæ non planè veritatis rationem nullam habeat, permixta actionibus virtutum & vitiorum indicia simul profert. Talis est Homeri poësis, quæ longum vale dixit Stoicis, neque virtuti vitium, neque vitio virtutem vnquam adesse censentibus, sed omnino vsquequaque insipientem peccare, sapientem rectè agere. Hæc sanè in scholis audiuntur. At in rebus ipsis vitaque communi, sicut Euripides sensit,

Numquam a malo seiungitur prorsus bonum:

Quadam sed est horum inter se commixtio.

Veritate remota poësis maximè varietate multiplici vitur. Nam animorum permotionem, utque à ratione alienares & ab opinione videatur, (quod & ad animos percellendos magnam habet vim, & ad parandam gratiam) fabulis imitationes conciliant: quod simplex sit, id neque fabulis est, neque animo perturbando aptum. Itaque neque vincentes semper eosdem, neque perpetuò rebus secundis vtentes faciunt, neque rem rectè gerentes. Adde, quòd ne deos quidem, cum ij in humana incidunt negocia, affectuum vacuos & errorum sinunt esse: nec vbi poësis, periculo & aduersario de rebus sublato, ociosa planè sit, neque perturbans iam neque percellens animos. His ad hunc modū habentibus, adducemus ad poemata adolescentem, non illam secū opinionem de claris illis & magnis nominibus afferentem, quasi sapientes illi & iusti fuerint homines, præstantissimi que reges, & omnis virtutis atque rectitudinis normæ. Damnum enim caperet, omnia magna putans, & cum stupore admirans, nihil auditum improbus: neque admitteret reprehendentem eos, cum talia dicunt aut faciunt, quale hoc:

Sic

*Sic pater ipse deum faciat sic casta Pallas,
Sic Phœbus: mortem Teucrum ne quis vel Achinim
Euitet. nobis detur superesse duobus.*

*Vi sacra solo sternamus Pergama soli. Item:
Maxima tum trepidam subijt miseratio mentem,
Cùm vox Cassandra nostras peruenit ad aures
Mæsta, Clytemnestra nobiscum fraude necata. &
Me miscere patris insit cum pellice corpus,
In senis inuidiam quo me male suada vocaret.
Quod suasisse feci.--- Item:
Non est te, Iupiter, superum damnosior & illus.*

Concedere faciamus verò adolescentem, vt nihil tale laudet,
neque versutus esse velit, & probabiles sectari prætextus,
aut rebus malis speciosas præscriptiones excogitare. Id po-
365.

15
20
25
30
tius iudicet, poësin esse imitationem morum & vitarum
hominum non perfectorum aut sincerorum, aut ab omni
reprehensione immunium: sed in quibus locum habeat
multum perturbationum, opinionum, mendaciorum,
ignorationum: quæ tamen ij ob naturæ bonitatem sæpe
numerò corrigant. Hoc enim modo instructus adolescentis
animus, nullum ex auditione damnum sentiet, elatus
atq; concitatus ad ea quæ rectè dicuntur aut aguntur, con-
traria indignè ferens ac repudians. Qui verò omnia admi-
ratur, omniaque familiariter amplectitur, iudicio Heroi-
25
corum noninum existimatione mancipato: is imprudens,
multis se vitis facile obnoxium præbebit: quemadmodum
iis euenit, qui curuitatem Platonis & balbutiem Aristote-
lis imitantur. Oportet autem eum non timidè, neque vt in
templo superstitionè ad omnia horrere, omniaque adora-
30
re: sed aduetum audacter acclamare suo loco non minus:
Malè hoc & inconuenienter, quàm, Rectè hoc & decore.

Verbi gratia: Militibus morbo correptis Achilles concio
nem cogit, vacationem belli ægrè ferens, maximè quòd ea
fux in bello gloriæ & præstantiæ officeret. Atque vt erat
35
rei medicæ peritus, post nonum diem, quo iudicari talia
natura fert, sentiens morbum non esse vulgare, aut ab vsi-
tata aliqua causa profectum, surgensq; ad dicendum non
populo se accommodat, sed consiliarium regi se præbet:

*Nunc equidem retrò miseris erroribus actum
Atrida in patriam redituros suspicor iri.*

Achilles,
Iliad. a,
97.
Agamæno
Odysf. λ.
420.
Phœnix.
Iliad. i,
452.

Menelaus.

Iliad. γ,
365.

Iliad. a,
54, ac de-
inceps.

Rectè hæc, moderatè & decorè. Cùm autem vates dixisset, se potentissimi Græcorum iram metuere: iurans se viuo neminem illi manus illaturum, non rectè iam, neque moderatè hoc adicit,

--sive ipsum Agamemnona dicas:

ostendens pro nihilo se ducere principem, ac despiciere. Magis deinde iritatus gladium arripit, trucidandi regis cupiditate, neque rectè, neque vtiliter. Mox pœnitentia ductus,

Ingentem rursus vagina condidit ensem,

10

Pavens consilio Tritonidis.--

rursus hoc rectè & præclare, quòd cùm iram omnino auertere non potuisset, eam tamen rationi obtæperare coegit, priusquam ad flagitium erumperet. Rursus Agamemno ridiculus est, in iis quæ in concione dicit atque gerit: 15 grauitatis plus adhibet, & regii decori in Chryseidis negotio, quàm in simili causa Achilles. Hic enim, cùm Briseis abduceretur,

Confedit lacrymans, sociis procul inde relictis.

Agamemno ipse in nauem imponens, tradens, & aman- 20 dans eam, quam ante sibi vxore sua chariorem dixerat, turpe aut amatorium nihil agit. Iam Phœnix à patre obpellicem diris deuotis, ait:

Hunc ferro iugulare ego sum meditatus acuto:

Verùm aliquis superùm rabidam compefcuit iram, 25

Et fama admonuit popularis dura Serens

Tunc animo subsit Saryi conuicia Sulgi:

Ne patris occisor Græcos ego dicter inter

Perferrem.--

Sanè Aristarchus sustulit hos versus, metuës * Sed tempe- 30 stiuè positi sunt, Phœnice Achillem docente quid rei sit ira, ac quæ per iram homines audeant, ratione non videntes, neque consulentibus obtemperantes. Nam & Meleagrum inducit, ciuibus iratum, & deinde placatum. rectè perturbationes animi vituperans: vtq; rem bonam & vtilem laudās 35 iis non obsequi, sed resistere, eas superare, ac pœnitidine eorum duci. Ac in his quidem manifestum est discrimen. Vbi verò obscura est sententia, attento animo sic (exempli causa) distinguendum est. Siquidem Nausicaa peregrinum virum Vlysssem conspicata, eodemq; quo Calypso er- ga eum

Iliad. 1,
desunt post
versum
457.

Ibid. 549.
Es inde.

xx. Consi-
deratio di-
florū, aut
fabularum.

erga eum modo affecta, (quippe delicatè viuens. & nuptiis matura) hæc ad ancillas stultè verba loquitur,

O Strinam tali me iungant fata marito,

Hicq; illi lubeat nobiscum ducere Vitam:

Odyss. 3.

244.

7 reprehensionem audacia eius meretur, ac impudicitia. Sin ex sermone viri ingenium perspicies, admirataque alloquium eius ita prudens, optat talem sibi potiùs maritum, quàm nauicularium aliquem, & saltatorem eiuem: admirationem meretur. Item, Penelopa cum procis comiter colloquente, iisque vestimèta & alium mundum donantibus,

10 Vlyssès læratur:

Dona quòd illorum captans, animos fallebat.

Odyss. 6.

281.

Hic si Vlyssès captione munerum, & lucro gaudet, Polia-

15 grum quoq; infamem lenocinii causa in comædiis superat.

de quo est illud:

Poliagrus est felix, calestem qui domi

Opes ipsi parantem alit capram.---

20 Sin eo magis illos in sua potestate fore arbitratur, nihil tale ob spem futuri expectantes: delectatio eius & animi confirmatio rationem habet. Rursum in numerandis donariis, quæ Phæaces vnà cum ipso exposuerunt, ipsique aucti sunt: siquidem hoc modo in solitudine constitutus, & ad eò ignarus incertusq; quid de se factum esset, de iis tamen verè sollicitus est, ne

25 *Abstulerint secum nauis Phæaces euntes:*

miseranda est, immò abominanda meherclè hominis auaricia. Quòd si, vt nonnullorum fert opinio, de Ithaca am-

Odyss. v.

216.

30 bigens, quòd salua essent dona, id pro demonstratione pietatis Phæacum accipit, (non enim sine lucro deportatos eum fuisse in alienam terram, intactisq; bonis istis relictuos) neque inepto vitur argumento, & prudentiã par est laudari. Sunt qui hanc ipsam expositionem, siquidem reuera dormiès est è nauis expositus, reprehèdunt, & aiunt apud Etruscos etiam num narrari, somniculosum fuisse V-

35 llysem, ideòque à multis difficulter potuisse compellari.

Quod si is non fuit re ipsa somnus: sed cum, & puderet eum Phæaces sine xeniis, nullaque humanitatis officia expertos dimittere, & ipsis tamen præsentibus latere hostes nõ posset, somno simulato hæc se difficultate expediuit: probant.

Hæc ergo adolescentibus demonstrantes, non patiemur

eos ad prauos mores momento aliquo impelli, sed ad delectum imitationemque bonorum: statim vbique quid laude, quid vituperatione dignum sit, docentes. Maxime id in tragædiis adhibendum est, vbi turpibus ac prauis factis sermones accomodantur probabiles & astuti. Non enim s. verum profus est Sophocleum illud,

Non Verba factis à malis Veniunt bona.

nam & ipse solet moribus peruersis, & factis prauis, rationes quæ arrideant, atque benignas excusationes applicare. Et in eadem scena versatus alter, vides vt faciat à Phædra 10 porro etiam ipsum incusari Theseum, cuius scilicet iniuriis ad amorem Hippolyti fuisse adacta. Eandemque dicendi libertatem in Troadibus Helenæ tribuit, quæ Hecubam vt adulteri genetricem, quàm se, digniorem pœna affirmet. Horum ergo nihil scitum aut callidum arbitrari adolescēs 15 adfuescat, neque huiusmodi verborum commentis arrideat: sed magis quam ipsa impudica facta, orationis huiusmodi abominetur. Expedit etiam vbique causam eorum quæ dicuntur querere. Ac Cato quidem puer etiamnum, facere quod iussisset pædagogus solebat: mandati tamen 20 causam & rationem postulabat. Ceterum poetis non ita vt pædagogis aut legislatoribus parendum est, nisi rationem habeat quod proponunt. Habebit autem, si sit rectum: sin prauum, inane & vacuum esse apparebit. Sed plerique acerbè causas postulant, inquiruntque quomodo & cur di- 25 ctum sit:

X. causa
distortū in-
quirenda.

Hesiod. β.

ἔργ.

Iliad δ,

306.

Eurip. Hip
polyto.

Nec cum Vina bibunt supra cratera tenebis

Tucyathum. --- &

A curru quicumque suo transibit in axes

Alterius, pugnet porrecta protinus hasta.

grauioribus verò sine vilo examine assentiuntur. cuius generis est: 30

Animum Viri, quantumuis fortis, deiecit

Culpa patris matrisve conscientia. &

Humili esse corde calamitosos conuenit.

At qui talia ad mores pertinent, vitamque turbant, iudicio absurdis opinionibus deprauato, nisi adfuefacti ad singula dicamus: Cur abiecto animo esse debet qui passus est infortunium? Cur non potius reluctari fortunæ, seq; ipsum erigere, & non deiectum præstare? Cur si patre malo & stolido 35 genitus,

genitus, ipse bonus & prudens sim, non deceat me propter
 meam virtutem spiritus altos ducere, sed demissum esse &
 humilem ob patris inscitiam? Qui enim hoc modo obuiam
 it & obfistit, neque se cuius orationi tanquam veno obli-
 5 què impellendum exhibet, sed rectè illud dictū sentit, Stul-
 tus quouis verbo percellitur: is multa neque verè neq; utili-
 ter dicta repudiabit. Hæc ergo sunt, quæ poësis auditionem
 innoxiam præstabunt. Iam sicut inter vitis folia ac palmites
 copiosos sæpe fructus occultatur, subque umbra lateret: sic
 10 in dictione quoque poetica & fabulis circumfusis multav-
 tilia adolescentis conspectui subtrahuntur. Cæterum id fe-
 rendum non est, neque à rebus aberrandum: sed inhæren-
 dum ijs maximè, quæ ad virtutem ferunt, & formandis mo-
 ribus apta sunt. Itaque ex re est de his quoque breuiter tra-
 15 ctare, ita vt delineatis modò rebus, longitudinem appa-
 ratumq; & multitudinem exemplorum ijs relinquamus, quo-
 rum ad rem demonstrandam scriptio instituitur. Principio
 bonas malasque personas in dolensq; cognitatas habens ado-
 lescens, sermonibus animum factisq; aduertat, quas vtriq;
 20 generi poeta decenter attribuit. Verbi gratia, Achilles ad
 Agamemnonem, quantumuis iratus, hæc dicit:

*XI. Occul-
 tus sensus
 inuestigā-
 dus.*

*Non mihi quippe pares tecum tribuuntur honores,
 Præmiaq; Argivum quandoq; exercitus Urbem
 Troianam capit.-----*

Iliad. a. 163

25 Therfites verò eidem conuicium faciens, sic loquitur:

*Aere tibi tua sunt multo tentoria plena,
 Captiuarum ingens numerus, quas Urbe potiss
 Eximias tibi nos aliqua damus.-----*

*Iliad. β.
 226.*

Iterum Achilles,

30 ----- *Si Iupiter olim*

Concedet muris munitam euertere Troiam.

Iliad. a. 128

At Therfites,

Quem Vel ego captum, Vel quisquam ducit Achaus.

Iliad. β. 231

Rursus Diomedes, ad Agamemnonis exercitum obeuntis

35 conuicium, nihil ipse respondet,

Nimirum reuerens Venerandi iurgia regis.

Iliad. δ.

Sthenelus autem, nullius homo nominis, hæc regerit:

*Noli, cum Verum possis, rex, dicere falsa.
 Nos nostris multo genitoribus esse priores
 Virtute affirmo.-----*

402.

Hoc enim discrimen obseruatum docebit adolefcētem, factus vacuitatem & moderationem animi rem esse præclaram: contra, iactantiam & sui laudationem, vt vitium esse vitanda. Atq; hic vile est etiam in Agamemnonem intueri, Sthelenum non allocutus præterijt: Vlyfsem autem nõ neglexit, sed respondit ac compellauit.

Ibid. 357.

Irasum cernens, rursusq; ita dicere cœpit.

Seruile enim est, omnibus se velle purgare: omnes autem despicere, superbi est & imprudentis. Optimè verò Diomedes in pugna tacet, à rege conuicio affectus: à pugna autem liberè aduersus eum loquitur,

Iliad. 1. 34.

*Antè inter Danaos tu me virtute carere**Dixisti: ---- & cætera.*

Expedit etiam, non prætermittere discrimen viri prudentis, & vails in populi cõuentu multitudinis applausum captantis. Etenim Calchas, occasionis nulla ducta ratione, pro nihilo putauit in ipsa multitudine regem accusare, vt qui pestem populo inulsiſſet. At Nestor de reconciliando Achillis animo sermonem illaturus, ne videretur Agamemnonem apud populum traducere, vt qui per iram peccasset, ita ei suadet:

Iliad. 2. 94.

Iliad. 1. 70.

*Conuicias accerse senes: teres ea digna est.**Collectis multis, tum cuius cætera vincet**Consilium pare. ---- atque à cœna legatos emittit.*

Nimirum hoc erat peccati correctio: illud criminatio, & contumelia. Quin & nationum discrimina sunt cõsideranda: quæ sunt huiusmodi. Troiani ad prælium eunt cum clamore & ferocia, Achiuui autem

Iliad. 7.
principio.

Iliad. 8.

431.

Ductorum taciti formidime.

Nam quod iam congressuri cum hoste duces suos metuunt, id signum est cùm fortitudinis, tum obedientiæ. Atque iccirco & Plato ad suæ facere nos vult, vt reprehensiones & turpitudinem magis metuamus, quàm labores & pericula: & Cato rubeates sibi pallidioribus chariores esse dicebat. Sua est etiam promissionibus nota. Dolon enim sic pollicetur: 35

Iliad. x.

325.

Ibid. 220.

*Vsq; adeo Gratum prorsus pertransseo castra,**Donec ad Atridæ nauem peruenero magni.*

At Diomedes nihil promittit: in minore tamen metu se fore ait, altero sibi adiuncto aliquo. Græcicum proinde est, & scitum, prudentia: barbaricum verò & vitiosum, audacia.

dacia. & imitandum illud est, hoc aspernandum. Contemplationem quoq; non inutile habet affectio animi Troum, & Hectoris cum Aiace singulari prælio congressuri. Nam Æschylus sanè, cum Isthmico certamine pugil in faciem sictum accepisset, essetq; exclamatum: Quid rei, inquit, est consuetudo? spectatores vociferantur, ictus tacet. Et cum poeta dicat, Aiace in armis cum splendore viso gauissos esse Græcos, cum

Troum cuiq; grani quaterentur membra tremore, *Iliad. n. 215.*

10 *Ipsè etiam pulsus sentiret pectoris Hector.*

Quis hic non miretur discrimen? cum eius qui adibat periculum, cor tantum saliret, nimirum tanquam lucta aut cursu decertari: spectatorum autem quaterentur & tremereat corpora, ob benevolentiam & metam quem gerebant pro

15 rege. Hic deprehendas etiam, quo optimus à deterrimo distet. Thestites enim:

Pelida in primis fuit, atq; inuisus Vlyssi. *Iliad. β. 220*

At Ajax cum semper Achilli amicus fuit, tum ita ad Hectorem dicit:

Iliad. n. 226

20 *Solus tu soli congressus nunc mihi, nosces*
Quales hic Danais præstantes Marte supersint,
Præter Pelidam, qui dissipat agmina vasto
Robore, magnanimi cui pectus forte leonis.

In his Achillis est laudatio. quæ sequuntur, commodè sunt

25 de omnibus dicta:

Nos tales multi sumus, et concurrere tecum

Possit pro se quisq; ----

se neque solum, neq; præstantissimum dicit: sed qui cum multis hoc habeat, quod Hectorem subsistere queat. De discrimine hæc satis: nisi id quoq; assumimus, quod Troianorum multi in potestatem hostium viui perueniunt, nemo Græcorum. Et quod illorum multi supplices facti sunt hostibus,

Iliad. ε. 45.

ut Adrastus, Antimachi filij, Lycaon, ipseque Hector pro sepultura Achillem deprecans: horum nullus. quippe barbapultura Achillem deprecans: horum nullus. quippe barba-

a. 125. φ.

35 ricum esse, in pugna supplicare: Græcicum, pugnando vincere aut mori. Caterum sicut inter pascendum apis florem, capra germen, sus radicem, alia bestia semen fructum. *XII. Moralibus cōser*
ve captant: ita legendis poematis alius historiam decerpit, *uanda præ*
alius elegantia & apparatus verborum inhæret (quomodo *capne.*

Aristophanes de Euripide ait,

Oris rotunditate eius quoniam fruor)

alius verò ea, quæ de moribus vtiliter dicta sunt, cõfector. Iccirco eum, ad quem hic noster sermo pertinet, admonebimus: indignum esse, si honestatis pulchrique studiosus, & non ioci, sed doctrinæ capiendæ causa poemata legens, obiter negligenterque percipiat, quæ ad fortitudinem, temperantiam aut iustitiam declamantur in ijs: cū interim fabularum studiosum, quæ in ijs insolèter aut impendio ornate, aut orationis studiosum, quæ eleganter & artificiose dicta sunt, minimè lateant. Quæ ad virtutem pertinet, talia sunt: 10

Iliad. l. 313.

*Martia quo casu, Diomedes, pectore & virtus
Excidit: huc assiste mihi, nam dedecus ingens
Hoc fuerit, naues capiat si splendidus Hector.*

Videre enim hominem prudentissimum in mortis periculo cum tota multitudine communi constitutum, non mortis, sed turpitudinis metu duci, animo adolescentis ad virtutis studium motum afferet. Et hoc,

*Odyss. 7.
52.*

Causa est sapiente viro, iustoque, Minerva:

idè ratiocinari docet, cū dea nõ diuite, aut formoso aliquo, aut robusto, sed prudente & iusto delectari fingitur. Rursum 20 vbi eadem dicit se Vlystem non destituere aut negligere,

*Odyss. v.
332.*

Quòd prudens, animoque sagax, cordatus Es esset:

indicat, nihil de rebus nostris dijs esse charum & diuinum, præter virtutem: siquidem similia gaudere similibus solent. Porro cū & videatur & sit magnum, iræ posse moderari: 25 maius est cauere prudenter, ne ad iram delabamur, ac talia auditoribus non obiter sunt demonstranda. Verbi gratia: quod Priamum Achilles, homo minimè lenis aut patiens, quiescere iubet, ne ab eo iritaretur:

*Odyss. 9.
560.*

*Iritare senex caue me (namque ab Ioue missus
Nuncius est mihi, iamque tuum tibi reddere natum
Decreui) ne nostrati tibi tentoria cano
Non sint tuta satis, Si olem precepta Iouisque,
Supplice te caso.-----*

30

lotumque & velatum Hectorum ipse curru imponit, priusquam eum pater videret turpiter tractatum: 35

Ibid. 584.

*Pectore ne mæsto senis exardesceret ira,
Conspetto nato, corque iritaret Achilles;
Istique illum magni violans mandata Tonantis
Caderet,-----*

Admi-

Admiranda est enim prudentia, hominem ad iram procliuem, naturaq; asperum & iracundum, seipsum non ignorare: sed cauere sibi, & declinare causas irascendi, emin usq; se ratione premunire, ne vel inuitus in eam perturbationem delaberetur. Hoc modo & vinofus contra ebrietatem, & aduersus amorem ad eum affectum propensus se preparare debet. Quomodo & Agefilaus non passus est osculum sibi dari a formoso ad se accedente. & Cyrus, ne videre quidem Pantheam sustinuit. Cum contra male instituti materiam suis affectibus, ac tanquam fomites conquirant, ad eaq; vltro se dent mala, ad qua periculose sunt propensi. At vero Vlysses non seipsum modo iratum compescit: sed & Telemachum colligens iratum esse, & odio malorum occupatum, multo ante retundit, continere se iubens, & tolerare:

15 *Turpibus illi me verbis factisq; per ades
Incessent: firmo tu nostra opprobria perfer
Pectore. seu pedibus tractum me nate per ades
Egredient. seu misilibus manus improba adactis
Fortè petent: hac tu cernens, tolerare memento.*

*Odyf. α.
274.*

20 Sicut enim equos non in cursu, sed ante cursum frænant: sic eos qui difficulter continentur indignitate rerum obiecta, & iracundos, ratione occupare & temperare atq; ita demum ad certamina adducere conuenit. Ne nomina quidem negligenter sunt adolescenti inaudienda. Ac Cleanthis quidem ludicra missa faciet, qui non nunquam dum se interpretem fert, nugatur, vt in his:

*Zeû πάτερ ἰδὲν μεδέειν. --- &
Zeû ἀνα Δωδωνᾶε. ---

*Iliad. γ.
276.*

30 hoc ille legi vult vno vocabulo ἀναδωδωνᾶε, scilicet ita appellari acrem, qui a terra exhalando effertur. Chrysippus quoque sæpenumero ieiunus est, non ludens, sed quod nulla probabilitate dicatur cõminiscens, detorquensq; verba hæc Ευύοπα Κρονίδω eo, vt sit vi dicendi præditus, eaque
35 alios excedens. Præstat his ad Grammaticos ablegatis, ijs in
sistere, qua & vtilia sunt, & iuxta vero consentanea:

*Nec mi cor suasi: didici quoniam bonus esse. &
--- namq; sciebat cunctis esse benignus.*

*Odyf. β.
146.*

*Iliad. ζ.
444.*

Fortitudinem enim discendo parari pronuncians, comitemq; & in consuetudine cū hominibus gratiam a scientia

*Iliad. θ.
671.*

& ra-

& ratione proficisci statuens, hortatur ne nos ipsos negligamus; sed discamus quæ honesta sunt, & animum docentibus aduertamus. quippe peruersitatem & timiditatem esse inscitiae & ignorantis. Admodum his consentanea sunt quæ de Ioue & Neptuno dicuntur:

Iliad. 354

Amborum commune genus, patria sua duobus.

Sed natu Iupiter præcedit, pluræq; nouit.

Pronunciat enim, prudentiam esse diuinissimam rem, & maximè regiam; in qua Iouis summam ponit excellentiam, nimirum huic virtuti reliquas quoq; comitati sentiens. Ad-
suefacere quoq; adolescentem debemus, ut & ista vigili animo audiat:

Odyss. 7.

Est sapiens: non ergo tibi mendacia dicet. &

20.

Antiloche, antè quidem prudens facinus modò quale

Iliad. 4.

Patrastris, nostra virtuti dedecus addens.

579.

Lesisti mihi equos.---- &

Iliad. 9. 171.

Cur absurda adedò es tu talis Glauce locutus,

Quis mihi visus eras reliquis prudentior esse?

Iliad. 3. 104

nimirum docent hæc, neque mentiri homines prudentes, neq; dolo in certaminib. uti, neq; alios iniuste culpate. Idè
dicens Pandaro stulticiam in caulâ fuisse, ut fecus confunderet, iniusticiam abesse à prudentibus liquidò ostendit se sentire. Eadem de pudicitia licet ostendere, his insistentem:

Iliad. 2. 160.

Deperijt Præti hunc coniunx Antea, coire

Concubitu occulto cupiens: facinus tamen illud

Nunquam cordato persuasit Bellerophonti. Item,

Odyss. 7

Principio sana rectum rationis ob visum

264.

Clara Clytemnestra facinus tam turpe recusat.

In his prudentiam pudicitiae causam facit. In exhortationibus porò ad prælium identidem hæc ponens,

Iliad. 7.

Non pudet, ô Lycij? quorsum fugietis? an estis

422.

Sic celeres?---- Item,

Iliad. 9. 121.

Cordi cuiq; pudor sit, & indignatio iusta,

Orto tam grandi certamine.----

hæc ostendunt, eum modestis adscribere fortitudinem, qui
turpitudinis metu & voluptates vincere, & pericula subsistere possint. Qua occasione etiam Timotheus in Persis non malè hortatur Græcos,

Colite Verecundiam, adiutricem Virtutis bellica.

Æschylus hoc quoque prudentiæ imputat, nullo fastu ad
gloriam

gloriam ferri, neq; insolecere aut efferri multitudinis laudationibus, sic de Amphiarao scribens:

*Neq; enim videri, sed vult esse is optimus,
Sulcum profundum in pectore constitum gerens
Suo, veneranda consilia vnde pullulant.*

*Septem ad
Thebas.*

5 Cordati enim est hominis, sibi ipsi, animoque suo optimè affecto multum tribuere. Cū ergo omnia ad prudentiam reuocentur, ostenditur doctrina omne virtutis genus parari.

10 Iam quemadmodum apes à natura hoc habet, vt ex acrimis floribus, spinisque asperrimis, lenissimum mel optimumq; eliciat: sic pueri in poematis rectè instituti, etiam ab his que absurditatis & prauitatis suspecta sunt, commodi aliquid & vtilitatis trahere discent. Prima fronte Agamemnon videtur auaricia ductus, à diuite isto equam Ætham

15 accepisse, ipsiq; militiæ vacationem concessisse,

*Vnà Venosum ne miles ad Ilion iret:
Sed se diuisijs, quas ille Iuppiter amplas
Præbuerat, patrijs in sedibus oblectaret.*

*Iliad. 4.
296.*

20 Attamen rectè (vt ait Aristoteles) fecit, bonam equam tali viro præferēs. nam neq; canem, neq; asinum meherclè precio æquat vir timidus & imbellis, diuitijs & mollicie diffluens. Rursum turpissimè videtur Thetis filium ad voluptates exhortari, & rei Venereæ admonere. verum hic quoque ab altera parte continentia Achillis consideranda est, qui

25 amata, & ad se redeūte Briseide abstinet, cū sciret sibi finem vitæ inilitare: neq; ad voluptates fruendas festinat, neq; (vt solent vulgò facere) amicū per ignauiam & intermissionem officij deplorat: sed præ luctu voluptatibus se abstinet, in agendo & exercitum ducendo strenuum se præbet. Item Archilochus non laudatur, quod sororis maritum, & in mari perierat lugens, vino & ioco mœrorem diluere cogitat, Causam tamen rationi consentaneam adducit:

*Nam neq; restitutam lacrymis, neq; deteriorem
Quærens delicias, sinag, rem redigam.*

30 Etenim si ille censebat se nihil mali facturum, si delicias & conuiuia sectaretur: quomodo nobis præfens conditio fieret deterior philosophantibus, rempu. gerentibus, & forum progredientibus, & in Academiam descendentibus, & agriculturæ vacantibus? Itaque correctiones etiam istæ vi-

35 mo carent, quibus Cleanthes vsus est, & Antisthenes. Hic enim

*Iliad. 6.
130.*

*XV. Cor.
restitutiones,
enim*

enim tumultuantibus in theatro Atheniensibus aduersum hunc,

Quid turpe sit, nisi quod quis rem tractat putat?
subiecit hunc,

Quod turpe, turpe est: seu putes, seu non putes.

Ille versus de diuitijs,

Quod des amicis, atq; morbo languidum

Corpus reficias sumtu: ----

sic immutauit,

Quod des meretricibus, atq; morbo languidum

Corpus conficias sumtu: ----

Et Zeno Sophocleum illud,

Quisquis tyranni scilicet intrat in domum,

Fit seruus eius, liber etsi venerit:

sic correxit,

Non seruus ille fit, si liber venerit.

liberi nomine intelligens metu vacuum, & magnanimum, & infractum. *Quid* verò impedit nos quoque huiusmodi acclamationibus adolescentes in meliorem partem vocare? Sic ergo agemus.

Hoc illud expetendum hominibus maxime est,

Si quis sagitta cura quod vult attingit.

non ita nos, sed

Cura sagittasi tangit quod expedit.

Miserum enim est, nulloq; modo expetendum, id consequi quod non expedit, quantum vis id volueris. Item,

Gaudere oportet & dolere te: pater

Neq; enim frui turum rebus tantum prosperis,

Agamemno, te creauit Atreus. ----

immò dicemus:

Mediocribus gaudere te rebus decet

Vitentem, non dolere, nam neque

Atreus frui turum rebus tantum prosperis

Agamemnonem creauit. ---- Rursum,

Eheu, malum mortibus diuinitus

Venit, si bonum videant, non et antur tamen.

immò verò belluinum, non diuinum est hoc malum, & brutum ac miserabile, melius videntem intemperantia & mollicie ad deterius rapi. &

Mores mouent dicentis, haud oratio.

*Eurip. ins-
tio Iphig.
Aul.*

sanè & mores, & oratio: aut mores oratione, sicut equus fræno regitur, & naus clauo. non enim virtus aliud oratione humanius magisve familiare instrumentum habet. Tum hoc,

5 *Mulieribus est mage deditus quàm masculis,
In Stramq; partem pulchritudo eum mouet.*
rectius dixisset:

In Stramq; partem impellitur modestia.

Non enim dexteritatis est, sed sinistri instabilisque animi,
10 à voluptate & pulchritudine hac illac transigi. Iam illud,
Metus deorum hominibus adest prouentibus,
nequaquam rectè: sed,

Prudentibus fiduciam afferunt dij:

metus causa cum sint imprudentibus, ingratis, stultis, qui
15 etiam eam vim quæ omnis boni causa & principium est, damnosum suspicantur & metuunt. Tale ergo est corre- *XVI. P-*
tionum genus. Quomodo autem ad plures vltus vnum ali- *nus dicti*
quod dictum accommodari possit, rectè demonstrauit Chry- *adres pla-*
sippus: nimirum id ad ea quæ eiusdem sunt generis transfe- *res accom-*
20 rendum. Sic quod Hesiodus dicit, *modatio.*

Non vel bos pereat, nisi vicinus malus adsit:

id & de asino, & de cane, & de omnibus eodem modo quæ
perire possunt, accipitur. Rursum Euripides,

Quis seruus est? de morte pensat nihil habens.

25 hoc intelligendum est etiam de labore & morbo eum lo-
qui. Vt enim medici ad certum morbum adhibito medi-
camento, id facultate eius perspecta transferunt, deinde &
accommodant ad quæcunque similia: sic orationem quo-
que communem, & quæ vltum suum publicare possit, non
30 debemus vni affixam rei relinquere, sed ad omnia similia
traducere: adolescentesque accuratè adsuafacere multis
exemplis propositis, vt celeriter communitatem istam
perspiciant, sentiantque expedite quid quo familiariter
transferri possit. Vt cum Menandrum audiunt hæc pro-
35 ferre,

Felix, opes qui cum sapientia tenet:

iudicent hoc & de gloria itidem, & de principatu, & de fa-
cundia dictum esse. Et quibus verbis Achillem in Scyro in-
ter virgines sedentem Vlysses increpat,

Generis illustre lumen extinguens tui,

d

Proles

Proles parentis Gratum præstantissimi,

Lanſuum tractas?

poſſe & prodigo dici, & turpi quæſtui dedito, & ſocordi, & inerudito:

Potes parente natus Graiorum optimo,

aut telluris ludis, aut coturnices cædis, aut cauponaris, aut ſœnebreſem exerceſ iſem, nihil magnum aut genere dignum cogitans?

Ne dixerit diuitias: non magni Deum

Facio huius parat facile ſibi quem ſel peſſimus.

ergo ne gloriam quidem, neq; corporis formoſitatem, neq; veſtè imperatoriam, neq; coronâ ex ſacra feſtuitate reportatâ: quæ omnia etiâ peſſimis videmus cõtingere. Rurſum,

Etenim metus turpes progenerat liberos:

& verò mehercèlè etiam intemperantia, & ſuperſtitio, & inuidia, & reliqua omnia vitia. Iam cum optimè dixerit Homerus:

Iliad. γ.

--- *Infelix Pari, præſtantiſſime forma. &*

392. g. 142

--- *Hector pulcherrime: (oſtendit enim vituperio & opprobrio dignum, cui nullum pulchritudine præſtantius ad ſit bonum) hæc ſimilibus adaptanda porrò ſunt, iſq; reprimendi qui ſe efferunt ob res nullius præcij: docendiq; ſunt adoleſcentes, huiusmodi verba exprobrationes eſſe & conuicia. Opibus præſtantiſſime, conuiujs, pueris, iumentis, atque aded facundia. Oportet enim bona excellentiſſima ſectari, inq; primis rebus primum, & in magnis maximum eſſe. Gloria verò à paruis rebus & vilibus parua, ignobilis eſt, & non magni faciendâ. Atque huius rei nos ſtatim ſubmonebunt exempla, cum vituperationes & laudationes perpendimus: maximè in Homeri poematis. Magno enim argumento ſunt, corporis & fortunæ bona non eſſe magni æſtimanda. Primum in congreſſibus & compellationibus, non formoſos, aut diuites, aut robuſtos appellant, ſed huiusmodi collaudationibus vtuntur:*

Iliad. β.

173. &

paſſim.

Iliad. η. 47.

Iliad. ω. 21.

O Ioue nate, ſaſer, Laerta proles, Vlyſſes. Item,

O Priamo prognate, Ioui par conſilio Hector. &

O Pelida, ingens Graiorum gloria, Achilles. &

Clare Menæadaes, noſtro gratiſſime cordi.

Tum in conuiciando inceſſunt non ea quæ corporis ſunt, ſed vitijs reprehentiones offerunt:

Ebric,

Ebric, cerus corde, & Sultu insti, uste canino. Item, *Iliad. l. 609*

Aiax stulte, aly: q; magis contendere gnare. Item, *Iliad. l. 225*

Idomeneu, quorsum blateras ita promptus? an & squam *Iliad. l. 4.*

Te blaterare decet? &

Aiax prava loquens, iactator.

483.

Deniq; *Vlysses Theritæ nō claudicationē, non caluiciem, Iliad. l. 474.*

non gibbum exprobrat, sed promiscuè garricendi vitium. *Iliad. l. 6.*

Contra *Vulcanum mater blandè alloqui volens, à claudicatione titulum ei tribuit, 246.*

10 *Capite agedum pedibus mi nate.---*

Sic *Homerus* deridet eos quos claudicationis, cæcitatibus, *Iliad. l. 361*

aut similibus pudet: neq; vituperabile ducens, quod turpe

non sit: neq; turpe, cuius nō penes nos, sed penes fortunam

est causa. Hæc ergo duo præclara consequuntur, qui poetis

15 audiendis adfuecunt: ad moderationem, ne cui fortunam

importunè stulte exprobrant: & ad magnanimitatem,

vt aduersis rebus nō deijciantur aut perturbentur, sed equo

animo ferant sannas, conuicia, ac risus. Ac præsertim qui-

dem *Philemonis* illud in promptu habendum:

20 *Iucundius nihil est, neq; muscum magis,*

Quàm posse hominum maledicta a quo animo perperi.

Vbi tamen dignus aliquis increpatione videbitur, vita eius

& animi morbi incessendi sunt. Sic in tragœdia *Adrastus* ab

Alcmaone his verbis lacessitus,

25 *Tibi, quæ maritum interfecit suum, est soror:*

respondit,

Matrem necasti tu manu tua tuam.

Sicut enim qui vestes flagellant; ij corpora ipsa non attingunt: sic qui fortunæ aut natalium damna exprobrant, stul-

30 tæ & incassum ij exteriora verberant, animam ipsam non

attingentes, neq; ea quæ reuera correctione aut insectatione

indigent. Enim uerò sicuti supra fidem derogare prauis &

damaolis poematis docuimus, opponendis præclatorum &

in republica illustrium viroꝝ dictis atq; sententijs: ita quic-

35 quid in poesi elegans inueniemus atq; vtile, demonstratio-

nibus id& testimonijs philosophoꝝ quasi enutriemus atq;

augebimus, hisq; eorum inuentionem adscribemus. Iustum

enim hoc est & vtile, corroborata ita & aucta fide, cum ijs

quæ in scena dicuntur, aut ad lyram cantantur, vel in scho-

la discuntur, *Pythagoræ* *Platonis*ve decreta consentiant, &

XVII.

Poetarum

dicta philo

sophoꝝ una

sententijs

munta.

Chilonis præcepta: eodemque tendant Biantis sententia,
quò istæ pueriles prælectiones. Itaque de industria osten-
dendum est, quod hæc,

Iliad. 6.

428.

Non mandata tibi, nata, est curatio belli:

Sint tibi coniugij suavisima munia cura: Item:

Nam tibi succenset Iuppiter, quando meliori

Congrederis. ---- planè eiusdem sunt sententiæ cum

hoc, Nolce te ipsum. Hæc autem,

H. siod. 1.
operum.

Stulti, nec norunt multo præstantius esse

Dimidium toto ---- &

Consilioq; malo præ cunctis laeditur autor:

hæc germana sunt ijs quæ in Gorgia & de republica Plato
disputat, iniuriam inferre peius esse quàm ea affici. Et ad
hoc Æschyli,

Animo bono es, tempore summus caret dolor:

dicendum, id esse ipsum quod apud Epicurum est tritum sem-
per & in admiratione habitum, Magnos dolores celeriter
prætereire, diurnos magnitudine carere. quorū illud per-
spicue dixit Æschylus, hoc est eius consequens. Si enim ma-
gnus & intentus dolor non permanet: qui permanet, ma-
gnus non est, neq; intolerabilis. Iam illa Thepidis,

Viden' ut ob hoc deum sit princeps Iuppiter,

Mendacio fastuq; & risu quia vacat

Stulto, soluptatemq; solus omnium

Ignorat ---- quidnam differt ab hoc Platonis dicto, 25

Procul a voluptate & dolore locatum est numen? Tum il-
lud à Bacchylidè prolatum,

Virtuti certam dicimus esse fidem,

Diuitia cum saepe malis mortalibus adsint:

atque huic affine illud Euripidis,

Antiquius nihil ipse temperantia

Duco, bonis que semper adest. Itemq; 30

Honorem consecutus, diuitias probæ

Virtutis instrumenta facite: sic boni

Credemini, & vitam beatam degere

Poteritis. ---- nõne hæc demonstrationem habent 35

eorum, quæ de diuitijs & externis bonis tradunt philosophi
ea sine virtute nihil possessoribus prodesse? Huiusmodi ad
placita philosophorum reductio & accommodatio poe-
matum, ea fabulis personaque exiit: facitque ut seria ha-
bean-

beantur, quæ sunt dicta vtiliter: præterea animum adole-
 scentis philosophiæ decretis aperit, & ad ea inclinat. Acce-
 dit enim ad ea neque nullo profus eorum gustu percepto,
 neq; omni auditione vacuus, neq; sine vlllo iudicio, plenus
 5 tantum eorum quæ ex matre identidem & nutrice audiuit,
 immò autem etiam ex ipso patre & pædagogò: qui diuinitum
 beatitatem prædicare solent ac venerari, mortem autem &
 dolorem exhorrescere, virtutem sine opibus & gloria pro re
 despiciabili & nihilo ducere. Quibus cum reclamantia apud
 10 philosophos decreta audiunt, principio statim terror qui-
 dam & perturbatio ac stupor inuadit, non admittentes ea,
 neque perferentes: nisi tanquam ex tenebris ad solem aspi-
 ciendum prodituri, adulescant tanquam in adulterina luce
 & veritate temperatis fabulis lenem habente splendorem
 15 intueri in ista, neque reformidare. Vbi enim iam antè apud
 poetas hæc audiuerint, aut legerint,

Qui nascitur, lugendus est propter mala

In qua venit: contraq; qui doloribus

Solutus, erumnisq; morte tollitur,

20 *Cum gaudio faustis & ille Vocibus*

Domo efferendus est.----- &

Nam præter hæc duo quæ tandem mortalibus

Resit opus? alma telluris cum frugibus,

Tum quæ sitim salubris lympha subleuet. &

25 *Id tyrannis, amica genti barbara. &*

Hæc est enim mortalium felicitas,

Dolere, quam fieri queat, rarissimi:

hæc, inquam, secum afferentes, minus perturbantur aut of-
 fenduntur apud philosophos audientes, Mortem nihil ad
 30 nos attinere, Diuitias naturæ esse desinitas: felicitatem &
 vitam beatam non in multitudine pecuniæ, aut opum mo-
 le, aut principatu potentiaque consistere: sed in vacuitate
 doloris, affectuum animi moderatione, animique affectio-
 ne naturæ sinibus res omnes circumferibente. Itaq; cū pro-
 35 pter hæc, tum prædictorum causa omnium, adolescenti in
 lectione poetarum bona opus est gubernatio: ne sinistra
 suspitione occupatus, sed præcedente prius institu-
 tione formatus, placidus ita familiarisq; &
 amicus à poetæ ad philosophiam
 deducatur.